Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Hæreticorum filij

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

priuandus eſt Eccleſiaſtica ſepultura *par.9.tr.8.reſ.1.* Quæ etiam ſi ſint Hæreticorum viuorum, & etiam ſi Fiſco ſæculari applicari debeant, non præſcribuntur, niſi poſt annos 40. iuxta ius canonicũ *in c.fin.de præſcript.in 6.* Sic contra Bartol. *in l.2.C.de Apoſt.* Sanctarell. *c.12. dub. 2.n.8.* vbi conditiones ad talẽ præſcriptionem requiſita recent. *Ibid. §. Notandũ eſt tamen hic obiter.* Dum tamen cauſa hæretici defuncti agitatur, bona non ſequeſtrantur, quia poſſeſſores non debẽt illis priuari in cauſa dubia. Ita Inſtruct. Tolet. *ann.1561. n.87. Ibid. in fine. §.1. & tr. 18. reſ. 86. §. Notandum.*

Quæ cauſa pendẽte, nõ ſequeſtrãtur.

26 Hæreticus an, & ad quem appellare poſſit, vide *v. Appellatio, num.3 & 12.* Certè Carrera *de hær. num.130.* contra Roias *ſing. 19. num 5.* probat, hæreticum non ſolùm appellare, ſed nec conqueri poſſe coram ſuperiore, vt ſententia, quam iniuſtam eſſe prætendit, reuocetur, quod non ſolet regulariter interdici, quoties interdicitur appellatio, *par. 4. tract. 8. reſ. 32. §. Sed pro coronide.*

An hæretico cõcedatur appellatio? Aut querela coram ſuperiore de ſentẽtia iniuſta?

HÆRETICORVM FILII.

27 HÆreticorum filij *ex c. quicumque, & c. ſtatutum, de hær. in 6.* efficiuntur inhabiles ad officia publica, qualia pro hac re Inſtruct. Valliſolet. *ann.1488. num.6.* eſſe inquit non ſolum officium Iudicis, Iurati, Prætoris, & ſimilium, imò etiam barbitonſoris, œconomi, mercatoris, tabernarij, exactoris redditũ, &c. Et quãdo in hoc caſu dubitantur, an aliquod officiũ dicatur publicũ, Inquiſitori, vel ipſi, & Epiſcopo ſimul incumbit declarare. Ita Pegna *part. 3 com.8.* Ex quibus à fortiori ſequitur, filios hæreticorũ inhabiles eſſe ipſo iure ad beneficia vt docet Ricciullus *de iur. perſ. lib.5. c.29. n.2. circ. 2. de hær. in 6.* & ad penſiones, vt docet Garcias *to.2. part 11. c.10. §.2. num.74. part. 4. tract. 8. reſ. 73.*

Hæreticorũ filij non poſſunt eſſe Iudices, Iurati, &c. Nec Notarij, Medici, &c. Imò nec Mercatores, Barbitonſores, &c.

28 Imò priuantur eo ipſo, beneficiis obtentis poſt parentum hæreſim. Obtentis autem ante, non priuantur, quia hæc pœna in nullo iure exprimitur, & ſic determinauit Clem. VIII. conſultis Cardinalibus S. Officij apud Ricciull. *vbi ſup.* docentque DD. communiter cũ Zecchio *tom.1. tit. de fide. c.11. nu.10.* Nec aliud Inquiſitores determinant, dum in ſententia efficiunt inhabiles ad tenendum, & poſſidendum dignitates, &c. *p. 4. tr. 8. reſ. 76.*

Priuantur quoque beneficiis obtentis poſt parentum hæreſim.

29 Porrò dictis pœnis afficiuntur omnes hæreticorum filij naturales, etiam ſpurij. Ita Surdus *conſ. 386. num. 6. Ibid. §. Notæ etiam.* Et iam ante ipſorum hæreſim nati: quia nõ puniuntur ob delictum proprium, ſed parentum, in quæ eorum ſuppliciũ, *l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. cit. c. 5. credentes, de hær. in 6.* qui multò acerbius ferunt ſuos filios adultos ſæpe etiam bonis ditatos, & in dignitate conſtitutos, ſua culpa ab eo gradu deiici, quam infantes, quos etiam poſſunt nullos habere. Ita Barboſa *tom.3. lib.5. tit. 3. c.15. n.3.* contra Sanchez *in ſum. tom.1. lib.2. c.17. n.14. part.4. tract. 8. reſ. 74.* An etiam dictis pœnis ſubiaceant filij adoptiui, vide Ricciull. *vbi ſup. c.30. Ibid. reſ.76.* in fine.

Etiãſi ſint ſpurij. Et nati ante parentũ hæreſim.

30 Nec opus eſt, quod has pœnas afficere filios, explicetur in ſententia; nam ſtatim ac confeſſione legitima, vel facti euidentia parentes hæreſim commiſiſſe conuincuntur, illas incurrunt. Ita Sanctarellus *de hær. c 34 dub.2. num. 13. Ibid. §. Notandum* Nec obſtat, quod catholici & pœnitentes moriantur, nam in cap. *ſtatutum,* tunc ſolùm à prædictis pœnis excuſantur, quando parentes emendati, Eccleſiæ vnitati incorporãtur, quod contingit, cum per abſolutionem iuridicam & ſolemnem ad pœnitentiam admittuntur, & non traduntur brachio ſæculari. Ita Geminianus *in hunc textũ;* cum enim brachio ſæculari traditi conuertuntur, Eccleſia illis audientiã denegat, iuxtà cap. *ſuper eo de hær.* & quamuis ſacramentaliter abſoluantur, illa abſolutio non valet pro foro externo. Ita Decianus *lib.5. c.56 num.7.* & alij contra Surdum *conſ. 346. num.24 p. 4. tr.8. reſ.75.*

Et quidem eo ipſo, quòd parentes de hæreſi ſunt conuicti. Quamuis moriantur pœnitẽtes.

31 Verùm pœnas ſupradictas non incurrunt filij aut nepotes teſtium falſorum,

Aliqui tamen excipiuntur.

ſorum,

ſorum, in aliquo caſu atroci in pœnam talionis combuſtorum, vt docet Sanchez *in ſum.tom.1.lib.2 c.27.n.25.par.4. tract.7.reſ.16.§.Notandum.* Nec hæreticorum filii, quamuis poſt hæreſim parentum nati, qui parentum hæreſim ſponte revelant. Ita Pegna, *par.2.com. 15.ex cap.vt Inquiſitionis, de hær.* Quod à fortiori procedit, ſi parentes, non tamquam hæretici, ſed tamquam ſuſpecti de hæreſi damnati ſint. Ita Zanchinus *de hær.cap.28.n.3 par.4.tr.8.reſ.75.§. Notandum.*

Filiis hæreticorũ non tenentur Inquiſitores dare dotes, & alimenta de bonis confiſcati.

31 Hæreticorum filiis non tenentur Inquiſitores de bonis confiſcatis præbere dotes, & alimenta; nam ſi parentes bona omnia hypothecare, & creditores omnia quandoque bona, non deductis alimentis aut dotibus vſurpare poſſunt quidni id fieri poterit in delicto ob bonum commune; vt ſcilicet patres à tam noxio crimine ob filiorum ſaltem amorem abſtineant? Ita Sanch. *vbi ſup.c. 16 num.10* contra Surdum *conſ.386 num. 8.* Præcipit tamen Instruct. Hiſp. apud Quemad. *qq. Fiſc quæſt.14. num.11.* dictos orphanos minores honeſtis perſonis alendos ſimul, & inſtruendos commendari: & Pegna *comm.9.* tenuem victum de bonis confiſcatis miniſtrari eis debere inquit, ſi adverſa valetudine, aut inſufficiente ætate laborantes, laborare non poſſint. Sed hoc ex mera miſericordia, *par.4.tr.8.reſ.45.*

Filii hæreticorum non ſunt in hoc caſu irregulares.

33 Filii hæreticorum, ſi patres in comburendo dederunt ſigna contritionis, non ſunt irregulares, ſic etiam ſi nati fuerunt tempore quo patres erant Catholici, aut fautores, vel receptores, nõ ſunt irregulares. Hurtadus, & alii, *part. 10.tr.11.reſ.23.*

In Bulla Cœnæ excommunicantur legentes & retinentes libros hæreticorum.

HÆRETICORVM.

33 ✠ Libros hæreticorum legentes, retinentes, imprimentes, vendentes, &c. excommunicantur in primo canone Bullæ Cœnæ, & ſubduntur, iuriſdictioni Inquiſitorum tãquam ſuſpecti de hæreſi, vt dicemus, *verb. Inquiſitorum, num.7.* ✠ Et quidem cenſuram incurreret, etiam qui legeret abſque periculo perverſionis: quia lectio huiuſmodi ab Eccleſia non ſolum prohibetur ad vitandum perverſionis periculum, ſed etiam ad mortificandos hæreticos, privando illos eo honore, vt eorum opera doctorum virorum manibus contrectentur. Sic Sanctarell. *de hær.cap.14 dub vnic num.4 part.6.tract.6. reſolut 49.* Illud magis confirmatur: quia licet aliquis in individuo ita fundatus ſit, ut lapſum ſibi non timeat electione: quod tamen opinari de ſe præſumptuoſum eſt: indefinite tamen legentibus periculum imminet, cuius intuitu Eccleſia generaliter omnibus hos libros prohibuit contra Caramuel. qui mare pacificum totius Theologiæ moralis turbavit. Vide Bullam Pii IV. quæ incipit: *dominici gregis p.11.reſ.1.tractat 1.* Item qui legeret librum hæretici tractantem ex profeſſo de Religione, licet nullam hæreſim contineat (aut vnam hæreſim continentem, & de Religione non tractantem, vt Sanchez *in ſumm. tom.1.lib.2.cap.10.num.34.* quamuis contrarium probabiliter doceat Filliuccius *tom.2.tractat.22 cap.7.n.204 part.1.tr.11. reſol.31.*) quia Bulla loquitur disiunctivè, *de Religione tractantem, aut hæreſim continentem.* Sanchez *num.33.* contra Crouſers *in Reg. S. Franc.cap.7. lect.5.* (& contra vtrumque incurreret cenſuram, qui legeret epiſtolam hæreticalem. Mega *in 3.part. lib.3 cap.1.num.55.part.1.tr.1.reſol.34.*) Contra quem etiam adverte, quòd non poteſt quis privata auctoritate legere librum hæretici, vnum, vel alterum errorem in illo contentum expungens, ſed error deleri debet auctoritate publica. Fagundez *in dec.tom.1.lib.1. c.14.p.6.tr.6 reſ.55.*

Etiam abſque periculo perverſionis. Sive de Religione tractent, ſive hæreſim contineãt.

Et idem dic de Epiſtola.

Quid, ſi liber ſit auctoris Catholici, cõmentatus tamen ab hæretico? Multipl-

34 Si liber ſit auctoris Catholici, cũ ſcholiis tamen vel commentariis magnis alicuius hæretici, ſecundùm Suar. *de fide diſput.20.ſect.2. num.13.* prohibetur, ſecundum Sanch. *num.25.* non prohibetur, quia ſemper dicitur liber Auctoris Catholici. Mendoza diſtinguit